



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

LXXXIII. Markgraf Ludwig überträgt den Schutz der Heide Gollin dem Bernhard von Wulkow, am 28. Oktober 1348.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

greuen vnde greuen vliik van lyndow von syner wegen in aller truwen mit dinste vnde mit rade behulpen sin. Dat selue scullen si my vnd mynen vrunden wedder sin in alle vnfen noden. Tu eyne tughe, dat dit gantz vnde stede van my vnde van mynen vrunden gehalden werde, dat loue wi greuen vliik van Lyndow en truwen tu vnser heren hant, vnd geue darvpp em dessen brif, besegelt mit mynen Insegeln. Gegheuen tu Soldyn, nach godes bort drutteinhundert jar, in deme achte vnde virtichsten jare, des sondages nach sunthe Dyonisius dage.

Nach dem Orig. im Herzogl. Gesamt-Archive zu Dessau nach Klüben's Mittheilung.

LXXXII. Markgraf Ludwig verleiht dem Dersekin von Weissensee Mersdorf, Gabelenz und andere Dörfer, am 16. Oktober 1348.

Nouerint etc., quod nos etc., meritorum fidelium, nobis hucusque exhibitorum et in posterum nobis et heredibus nostris perpetuis fidelius exhibendorum, consideracione, contulimus et presentibus conferimus strenuo viro dersokino de wifense, fideli nostro dilecto, suisque veris et legitimis heredibus, villas nostras videlicet Mersdorf, Budechow et Gabelentz, cum singulis et vniuersis suis pertinenciis, in eisdem villis nobis spectantibus, quas hactenus titulo pignoris tenuerant, in antea sub modis, formis, commodis et honoribus, quibus ipsas possedimus, debito pheidititulo tenendas, possidendas a nobis sine inquietacione qualibet quiete et pacifice perpetuis temporibus, pariter et habendas. Volentes litteras, nomine pignoris super premissis villis a nobis habitas, deinceps nullius roboris fore debeant nec virtutis. In cuius etc. Testes Swartzburg, Wilbrand, Hele, Hufener, Satzenhofen. Datum Vrankenfurt, Anno M^o.CCC^o.XLVIII^o., die beati galli.

Aus Hadwig'scher Abschrift.

LXXXIII. Markgraf Ludwig überträgt den Schutz der Heide Gollin dem Bernhard von Wulkow, am 28. Oktober 1348.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus etc., ob fidelia merita, nobis per strenuum virum, Bernhardum dictum de Wolkow, fidelem nostrum dilectum, sepius fideliter exhibita et in antea perpetuis . . . fidelius et firmiter exhibenda, sibi suisque veris etc. contulimus et presentibus conferimus mericam in Golin, quam fidelis noster dictus Noppin, bone memorie, nostri nomine custodiuit, a nobis perpetuis temporibus debito pheidititulo possidendam, Sic tamen, quod eandem mericam, cum omnibus et vniuersis pertinenciis, ad eam de jure uel ex debito pertinentibus, sine

nostra, magnificorum principum Lúdvici Romani et Imperatoris (sic) et Ottonis, Marchionum Brandenburgenſium, fratrum noſtrorum kariffimorum, et omnium officiatorum ac aduocatorum noſtrorum, preſencium et futurorum, deſtitutione ſeu depoſicione cuſtodire et regere debeant fideliter, velud predictus Noppin et ceteri cuſtodes predicte merice, ipſorum antecellentes, ipſam cuſtodire et regere conſueuerunt et prout eciam nobis ſuper eo voluerunt reſpondere. Debeant eciam predictus Bernhardus et ſui heredes deriuacionem et fructus annuos, nobis et premiſſa merica competentes ac deriuari potentes, ſingulis annis ſine diminutione qualibet preſentare. Fructus vero, deriuaciones, ſeu iura ſolita ſeu ſolitos, debita ſeu debitos, predicto Bernhardo et ſuis heredibus ex preſacta merica, ſicut noſtris cuſtodibus ejuſdem competentes ſeu competencia, ſine premiſſorum fratrum noſtrorum, noſtro et officiatorum noſtrorum quorumlibet obſtaculo debitis et ſolitibus temporibus percipere poterunt, et commode ſuis vſibus applicare etc. In cuius etc. Teſtes Wolffteiner, Haſſo ſenior, Hen. de Vchtenhagen. Datum in ciuitate Monckeberch, Anno M°. CCC°. XLVIII°. in die Simonis et Jude apoſtolorum.

Aus Hadwig'scher Abſchrift.

LXXXIV. Markgraf Ludwig verleiht an Helmwig Buch Gebungen in Warnitz für Zahlungen, die er an Haſſo von Wedel für den Markgrafen gemacht und für Verluſte, die er im Kriege mit Braunſchweig erlitten hat, am 1. Januar 1349.

Nouerint etc., quod nos etc., contulimus et preſentibus conferimus ſtrenuo viro, Helmwigo dicto bucs, fideli noſtro dilecto, ſuiſque veris et legitimis heredibus, X fruſta cum dimidio annuorum reddituum, in precaria annone, denariorum, carniſium et pullorum ville noſtre warnitz ſita, cum ſingulis et vniuerſis pertinenciis premiſſis fruſtis et redditibus ex debito uel ex jure pertinentibus pro quibus noſtri nomine ſtrenuo viro, Haſſoni, ſeniori de wedel, fideli noſtro dilecto, in LIII marcas argenti brand. ſatiſfecit, ſub modis, formis, juribus et honoribus, quibus premiſſa hactenus poſſedimus, in antea debito pheudi titulo a nobis perpetuis temporibus quiete et pacifice ſine inquietacione qualibet poſſidenda. Conferentes eciam prenotato Helmwigo et ſuis veris legitimis heredibus pro dampno, quod in equis in ſeruicio perceperit, noſtro ſtante diſcordia, cum duce Brunſwicenſi quondam in Marchia habita, XII manſos, II tabernas, cum coſſatis eoſdem manſos et tabernas ſpectantibus, in eadem villa warnitz ſituata, ſub modis, formis, juribus et honoribus, quibus quondam fidelis noſter dilectus Thid. dictus Schecker, piememorie, prenotatos manſos, tabernas et coſſatos a nobis in pheodo poſſedit et tenuit, in antea perpetuis temporibus quiete et pacifice poſſidenda, iudicio ſuper bonis vaſallorum noſtrorum in premiſſa villa reſidencium noſtris vſibus reſeruato. In cuius etc. Teſtes Lud. de Wedel, Wolffteiner, Bombrecht, Haſſo de Valkenburg, Th. Brederlow, milites, Hen. de Vchtenhain, Wolff. Datum Noue Berlin, Anno M°. CCC°. XL nono, die circumſionis domini.

Aus Hadwig'scher Abſchrift.